

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

P ante E

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

compotem factam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua taurum referentem: quod monstrum postea in Cretensi labyrintho Theseus dicitur interfecisse, Anadnes ope adjutus. Servius Minois scribam fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphæ mutuo ejus amore capta, in Dædali ædibus concubuit. De hac Virg. 6. Aeglog. Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, Pasiphæa, nivei solatur amore juveni.

Pasitellēs, πασιτέλης, Insignis statuarius fuit, & artis plasticæ peritissimus: de quo vide Plinium lib. 35. cap. 12.

Pasithēa, πασιθέα, Una ex tribus Græcis, quam alii Euphrosynen vocant, Statius: Non hoc Pasithæe blandarum prima fororum.

Pasithōe, πασιθήη, Nomen est nymphæ marinæ, Nereæ & Doridis filix, autor Hesiodus in Theogonia.

Pasitigris, Tigris amnis appellatur, ea in parte qua duo ejus alvei confluant Plin. lib. 6. cap. 27: Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. pass. divisa in alveos duos: altero Meridiem ad Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, ejusdem gentis tergo, campos Cauchas fecit. Vbi remeare a quæ Pasitigris appellatur.

Pasillus, πασίλλος, & Achemon Cercopes fuisse filii Sennonidis mulieris fatidicæ, qui cum nullo non injuriarum genere in obvium quæque debaccharentur, à matre admoniti sunt ut sibi à Melampygo cayerent. Evenit deinde ut Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, eumque dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vindictos, de clava suspendit leporum ritu, & ad eum modum gestabat. Pendentes itaque capibus deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum atque hispidum intui, non Lydorum more læve ac depilatum, materni moniti memores, ea de re inter se confabulabantur. Quod simulacrum vidit Hercules, cognominis delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit.

Pasitophorī, πασιτοφωρί, penult. cor. πασιτοφωρί, Sacerdotes sacrosancti Aegyptiorum, honoratioris ceteris. Dicitur quoddam ferant pasillum Veneris, cui nomen est Pasitosa: quo & ipsa Venus vocatur dicitur.

Pastophorium, Vide in APPEL.

Patalis, πατάλις, Insula vicina Carix, apud Stephanum. Gentile est Patalius.

Patara, πατάρα, pen. cor. πατάρα, Vrbs Lyciæ, ubi Apollo dabat responsa sex hybernis mensibus, ut tradit Servius. Dicitur à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xanthi filia: vel ab alio Pataro Læpœnis filio. Hinc Patarus, a, um, πατάρας. Stat. lib. 1. Theb. Phœbe parens, seu te Lyciæ Patara nivosis Exercent dumeta jugis. Ovid. 1. Metam. mihi Delphica tellus, Et Claros, & Tenedos, Pataraque regis servit.

Pativium, πατίβιον, πατίβιον, Longè clarissima Venetorum urbis atque imperii urbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1. Extat hodie in eadem urbe Antenoris sepulchrum vetustissimum cum hujusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest: Inclytus Antenor patriam vox visa quietem, Transiit huc Hænetos, Dardaniùmque fugat: Expulit Euganeos, Patavinam condidit urbem: Quem tenet hic humili matremore cæsa domus. Virg. lib. 1. Aen. Hic tamen ille ubi dem Patavi, sedesque locavit. Alia ejusdem nominis urbs Ptolem. in Ponto, sive Bithynia, quæ hodie vulgò Patis dicitur. Vide PADVA.

Paternianā, Ptolemæo lib. 2. ca. 6. oppidum Carpentanorum in Hispania Tarraconensi.

Patmos, πατμος, Germ. Ein Insel auf den Cycladibus, in westl. d. Johannes der Evangelist ist verstorben. Insula in mari Aegæo, quæ (ut Plinius scribit lib. 4. cap. 12.) patet circuitu triginta millibus passuum. In hac Johannes Apostolus exul Apocalypsim scripsit.

Patramphēs, πατραμφής, Nobilis Persa, Otanis filius, & auriga Xerxis. Herod. lib. 7.

Patiziches, πατιζιχης, Vir Persa magnus, qui Smerdim fratrem suum similem Smerdi fratri Cambysis Persarum regem declaravit. Fuit enim præfectus Cambysis apud Persas. Vide Herodot. lib. 3.

Patra, πατρα, Civitas in Achaia propriè dicta juxta Olenum, quam Paulus Aroën dici prius solitam affirmat: mox à Patrao, in ænibus ampliatis nomen accepisse, quod nunc habet. Hujus meminit Plinius lib. 4. cap. 4. Ovid. lib. 6. Metam. Messeneque ferax, Patraque, humilesque Cleonæ: de Patris scribit Thucydides, lib. 6.

Patesius, a, um, πατεςιος, deductum nomen à Patris Achaie oppido, ad Occasum Peloponnesi sito, non procul ab Oleno. Cicero Thermo: Ut obtineat id juris in agris, quod ei Patris: na civitas decevit, & dedit.

Patrasis, πατρασις, Vrbs Pontica, teste Stephano: à qua deditur gentile Patrasides, πατρασιδης.

Patroclides, πατροκλιδης, Proprium nomen assentatoris Philippi Macedonum regis.

Patroclus, πατροκλος, Menæti filius & Steneles, qui occisus per ludum Astragalorum Cleonymo seu (ut alibi placet) Aene Amphidamantis filio, solum vertens, in Phthiam venit, ubi à Peleo propter generis propinquitatem susceptus est, & unà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem artificissima amicitia junctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Trojanam profectus est, ubi armis Achillis indutus, cum Hectorè pugnavit, ab eodem confossus, occubuit. Quod quum rescivisset Achilles, tamen propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinere omnino constituit, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matris armis à Vulcano fabricatis ab hostibus rediit, nec prius quievit, quam socii mortem est ultus.

Patulcius, dictus est lanus, quoddam tempore belli, portæ templi ejus paterent. Macrobius lib. 1. Saturn.

Paulus, παυλος, Latine modicus, Græcè quietus. Nā paulus quies dicitur. Hoc nomine dicitur L. Aemilius, qui in prælio Canens pro patria occubuit. Et qui multo fortunatior patre victum Persæ Macedonum regem in triumphum vexit. Est & Paulus, a, um, adjectivum, à Parum, quo rarissime usi sunt autores, nisi in ablativo. Plaut. in Bacch. Pacifici cum illo paula pecunia potes. Terent. in Andr. Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. Idem in Adolph. scilicet ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos Paulo sumptu.

Pausanias, παυσανίας, Cleombroti filius Lacedæmonius imperator, qui unà cum Aristide Atheniensis vicit Mardonium Medum Xerxis regis generum apud Platæas, cum ducentis pedum millibus electis, & viginti equitum millibus, haud in magna manu. Et quum multum incrementi Lacedæmonis adiecisset, in mores Asiaticos sibi sensim cepit. Deinde eoque amentia dicitur tandem progressus, ut cum Xerxe pacificetur, se illi imperium Lacedæmoniorum proditurum esse, si filiam sibi in matrimonium dedisset. Quo nomine in iudicium vocatus in templum Minervæ confugit, ubi interfectus est, cadaverque ejus in barathrum abjectum. Autor Thucydides lib. 2. Fuit & Pausanias nomen auctoris Græci scriptoris, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scripsit Chronica Laconica, de Amphychionibus, & Lacedæmoniorum feriis. Autor Suidas. Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescens, qui quum primis pubertatis annis stuprum ab Attralo per vim esset passus, & quod detestius est, omnibus etiam convivis veluti scortum ad stuprum oblatus, de tanta injuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatque probri ultionem postulat: verum quæ se etiam à rege irridere videret, iram in eum convertit, ultionemque quam ab inimico non potuerat, ab iniquo iudice exegit. Autor Diodorus & Iulianus. Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Aristidia, scripsit de constructione librum unum, Problematum item unum, quem inter malos Rhetores recenset Philostratus in Vitis Sophistarum. Autor Suidas.

Pausias, παυσιας, Nomen pictoris Sicyonii. Plin. lib. 35: Inter pictores (inquit) Pamphilus docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Inter omnia hujus opera præcipue admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem pinxit, & coronas ex floribus nectentem: quod opus ex argumeto Stephanoplocon appellavit.

Pausiacus, a, um, adjectivum: Horat. 2. Ser. Satyr. 7. Vel cum rauisica torper insane tabellæ hoc est, tabula à Pausia depicta.

Paustipum, παυστιπυμ, Villa est Campaniæ, ab amenitate dicta, sicut & παυστιπυμ hoc est, à cura, morosisque cessatione. Plin. lib. 9. cap. 55. Paustipum, villa est Campaniæ, haud procul Neapoli. Idem lib. 3. cap. 6. Inter Paustipum & Neapolim Megaris.

Pante, ante E.

Pæscum, Palatii regio urbis Romæ, quam Romulus obversam posuit ea parte in qua plurimè erat agri Romani ad mare versus, & qua mollissimè adibat urbs. Festus autor est, & indicat Varro lib. 4. de ling. Lat. Nonnulli legunt Pæscum.

Pædæus, fuit Antenoris filius nothus, sicut dicitur Homerus libro Iliad. 4.

Pædæus, sicut dicitur Homero lib. 6. Iliad. Bucolionis maximi filiorum Læomedontis filius. Est & ejus nominis civitas, Pylo vicina, viti feracissima, ut idem Homerus est autor lib. Iliad. 9. Est etiam Pædæus unus ex equis Achillis, quod idem tradit Iliad. 16. quem everfis Thebis Ectioneis cepit, equisque suis immortalibus comitem addidit.

Pædum, sicut dicitur Stephano, oppidum non longè à Prænestinis: à quo Pædani, sicut dicitur, populi quorum meminit Plin. lib. 3. ca. 3.

P Livius

Pelops, & Pelopeus, Vide PELOPS.

Pelopidēs, ἡλωπίδης, Thebanus, rei militaris gloria clarissimus, ac clarissimorum amicis secedere cum Epaminonda conjunctus. Vitam ejus Plutarchus conscripsit.

Peloponnesus, ἡλωπόννησος. German. Die gres vnnd herich Landtschaft Griechlands so wie ein Insel ist. Nobilestima est totius Europae peninsula, isthmo angustissimo Graeciae annexa, inter duo maria, Aegaeum & Ionium, platani folio similis, angulosis recessibus duos efficiens sinus: ab Ortu Saronicum: Crisaeum, sive Corinthiacum ab Occasu, sex millium angulosis circumscriptos. Olim Apia & Pelasgia appellata. Postremo Peloponnesus dicta est à Pelope Tantali filio, qui quum Oenomaum Eleorum regem curuli certamine superasset, Hippodamiam filiam ejus uxorem duxit, regnumque, dotale accepit: totamque illam peninsulam Peloponnesum appellavit. Habet in circuitu circuitu CCCLXIII. M. passuum amplissimis olim habitata urbibus, ex quibus clarissima fuerunt Corinthus, in ipso statim isthmo sita: deinde Argos, Mycenae, Lacedaemon, Patrae, Messene, Corone, Methone, Elis, Pisa, aliisque complures. Hodie Moresiam appellant Veneti.

Pelops, οἶος, Τανταλί Φρυγίας regis & Taygetes filius, cuius pater quum deos in terris peregrinantes hospitio excepisset, ut certo aliquo argumento divinitatem eorum experiretur, filium suum illis epulandum apposuit: à cuius esu quum dii ceteri abstinuissent, sola Ceres humerum ejus dextrum abstulisset. Quem quum Iupiter deinde ad vitam revocasset, eburneum ei humerum restituit. Postea vero quum adolevisset, relicta patria in Elisem se contulit, ubi id temporis regnabat Oenomaus, qui unicam habebat filiam nomine Hippodamiam, & forma eximiam, & regni totius haeredem, isque nominibus à prociis plurimis ambitam. Verum Oenomaus quum oraculo edoctus esset, fore ut generi opera interiret, duxissimam hanc proci conditionem tulit, ut qui nuptias sibi petiri vellet, secum prius curuli certamine contendere: idque ea lege, ut victor filiae suae conjugium & regni hereditas, victum mors sequeretur. Quum igitur jam complures equorum (quos pernicissimos habebat) celestitate superasset, necque tradidisset, Pelops (qui & ipse puellae amore tenebatur) sibi alia via rem aggrediendum ratus, Mytilum aurigam ejus pretio corrupit, ut fragiles curru axes subiret. Quo facto Oenomaus unam cum curru corruit, membrisque omnibus ea ruina collisus mortuus est. Pelops igitur & conjugem positus & regno, universam Cheronnesum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Auctor Strabo lib. 8.

Peloponnesus, ἡλωπόννησος, & divisa Graeca diphthongo Peloponnesus, ἡλωπόννησος, per quinque syllabas à nomine Pelops deductum. Propert. lib. 3. Eleg. Infamis stupro stat Peloponnesus domus. Ovid. 8. Metam. Ipse locum vidimus me Peloponnesus Pithicus Miletum in arva, suo quondam regnata parenti.

Pelorus, pen. prod. ἡλωρός. Ger. Das Dorgebirg Sicilie gegen Italic. Vnam ex tribus Siciliae promontoriis, quod in Italiam vergens, Scylliae adversum est: ita dictum à Peloro Annibalis gubernatore: quem is in Syriam fugam parans, (ut Pomponio Mela placet) ibi interemit, se ab eo proditum ratus, eò quod procul intuenti continua videbantur esse littora, pelagusque minimè pervium. Valerius lib. 9. cap. de Temeritate. Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratu eo tempore quo is à Sicilia solvens, in Africam reditum parabat, à suis revocatus ut patriae periclitanti opem ferret adversus Scipionem: Quae sententia videtur multò verisimilior. Non enim video quid ex Africa Syriam petenti, in Siculo fredo fuerit negoti: nisi quis hoc praestaret, vi tempestatis eò fuisse appulsum. Servius explicans illud Virgil. 3. Aeneid. Ast ubi digressum Siculæ te admovent orae Ventus, & angusti rarefcent claustra Pelori: quamquam cum Valerio videtur sentire: factetur tamen etiam ante Annibalis tempora promontorium hoc Pelorum fuisse appellatum. Polybius quoque in primo bello Punico alio nomine non utitur.

Peltesium, ἡλωπίσιον, Phrygiae oppidum: à quo vicinus campus Peltesius appellatus est. Vide Strab. lib. 12. cap. 13.

Pelusium, ἡλωπίσιον. German. Der Ausgang Nilis so Arabiam von Egypten an dem vorderen Ende. Oppidum in extrema Aegypti ora, quae Caliotidi continetur: ista quo & extremum Nilus ostium quo Aegyptus ab Asia terminatur, Pelusium, seu Pelusiacum appellatum est. Hanc urbem condidit Pelus Achilles pater moniti deorum post lustrationem. Eo enim tempore Pelus furis agitabatur: quia fratrem Phocum interemerat.

Pelusiaca, ἡλωπίσιον, & Pelusiaca, a, um, pen. corr. ἡλωπίσιον. Mart. in Xenii: Accipe Nilitacum Pelusia munera lentem. Virgil. lib. 1. Georg. Nec Pelusiaca curam aspernabere lentem.

Pelusiaca mala legimus apud Colum. lib. 3. cap. 10.

Pelusiota, ἡλωπίσιον, Populi in extremis finibus Aegypti, Pelusium oppidum incolentes, ea in parte qua Aegyptus Arabiae continetur. Hieronymus contra Iovin. Impelle (si vales) Pelusioten, ut manducet caepe.

Penates, penatium, penatibus, tantum pluraliter, dicti sunt dii domestici, ut inquit Cic. lib. 2. de Natur. deorum, quod penes nos nati sint, vel quod non longe absint ab hac vita, sive quod penitus insidēt. [Ipsius quoque Ger. Hausgötter, Hauspatronen.] Ex quo etiam penetrales à Poëtis vocantur. Alii à peni hoc nomen derivant. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 4. Penates esse dixerunt per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Terent. in Phorm. At ego deos Penates hinc salutatum domum Devortar. Virgil. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor, Ilium in Italiam portans, victosque Penates.

Penates, ἡλωπίσιον, Gerens Penates, Ovid. decimo quinto Metamorph. Haec Heleum cecinit Penatigero Aeneae Mentem memor refero.

Penates, per quatuor syllabas, ἡλωπίσιον, Vnus fuit à quinque Boeotum ducibus in bello Trojano, teste Homero lib. Iliad, secundo.

Penelope, ἡλωπίσιον, Icaris filia, & Ulyssis uxor, admirabilis castitatis mulier, singulareque pudicitiae exemplar, quae absente toto viginti annos mansit, nullis aut parentum precibus, aut procorum sollicitationibus adduci potuit, ut fidem quam viro discedenti dederat, secundis nuptiis violaret. Quum autem proci acriter instarent, atque adeo vim illaturi viderentur, tantum morae ab illis sibi postulavit, quantum telae, quam tum in manibus habebat, absolvenda sufficeret. Quod quum impetrasset, mulier astuta, quicquid interdum texerat, noctu retexerat: eoque commento eorum cupiditatem in reditum mariti distulit: qui ab illa sub mendici habitu hospitio susceptus, procos ad unum omnes interemit. Distant autem voluit Penelopem ab avidis quae penelopes dicuntur, sive melaegrides: quum autem Arnea diceretur, quasi abjecta & repudiata. Ferunt enim quum ab Icaro, Penelopaque parentibus esset exposita, ab hoc aviam genere fuisse educatam.

Peneus, per tres syllabas, pen. prod. ἡλωπίσιον, Fluvius in Thessalia, inter Ossa & Olympum decurrens, collibus dextra, laevaque molliter curvis. In eo cursu sunt Tempe, ad quinque millium passuum longitudinem, & ferme sciquiugerum latitudinem extensa. Ovid. 1. Metamor. Est nemus Aemoniae, praerupta quod undique claudit Sylva: vocant Tempe, per quae Peneus ab imo Effusus Pindo, spumosis volvitur undis. Vide Strab. lib. 7. & 8. & Plin. lib. 4. cap. 8.

Peneus, a, um, per quatuor syllabas, Virg. 4. Georg. Pastor Arifaeus fugiens Peneia Tempe Amissis, ut fama, apibus, & Penelae Daphne, apud Ovid. 1. Metam.

Pentapolis, pen. corr. ἡλωπίσιον, Regio inter Palaestinam, & Arabiam, à quinque civitatibus sic appellata, ubi Sodoma & Gomorrah oppida. Hanc regionem (ut Solinus scribit) de caelo tactam, testatur humus nigra, & cinere soluta. Nascuntur ibi poma, quae comedi non possunt, licet matura videantur, quod leniter manibus pressa sumum exhalent, & in pulverem fatiscant. Est & Pentapolis regio in Lybia, quae & Cyrenaica vocatur, Pentapolis dicta à quinque urbibus, quarum nomina sunt, Berenice, Arsinoë, Proclama, Apollonia, & Cyrene. Plin. lib. 3. cap. 5.

Penthesilea, pen. prod. ἡλωπίσιον, Amazonum regina, quae teste Iuliano. lib. 2. Otterae (sive ut alii) Orithiae successit in regno: eoque Trojano bello inter fortissimos viros, quum auxiliium adversus Graecos ferret, magna virtutis documenta extitit. Haec, ut ait Servius, dicta est furens: quia sororem in venatione confixit, simulans se cervam ferre. Virg. 1. Aeneid. Ducie Amazonidum lanatis agmina pelis Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet, Aurea subnectens exertae cingula mammae Bellatrix, audetque viris concurrere virgo. Haec quum Trojanis opem ferret, ab Achille occisa est.


Pentheus, per duas syllabas, ἡλωπίσιον, Echionis ex Agave filius, qui quum Bacchi facta contemneret, à matre & sorore, & numinis furore actus, est dilaceratus. Vide Ianius omnem fabulam apud Ovid. lib. 3. Metam.

Pentheus, a, um, pen. prod. Scat. lib. 2. Theb. Pentheumque trahens, nondum te prendimus a quo Bacche, genus.

Penthyllis, ἡλωπίσιον, Filius Demoni, qui è Papho naves duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse vero captus, multa de exercitu Xerxis Graecos edocuit. Hero dot. lib. 7.

Peraea, ἡλωπίσιον, cum diphthongo, Vltior Iudaeae pars, Arabiae & Aegypti proxima, asperis divisa montibus, & à reliqua Iudaea Iordane amne discretæ. Plin. lib. 5. cap. 14.

Percopae, es, penult. prod. ἡλωπίσιον Stephano, Vrbis Troadis ad Propontidem: postea Percote appellata, quae Trojanis auxilia misit adversus Graecos, teste Homero ad finem libri secundi.



Percōsītus, Insignis vates fuit divinandi pericissimus, cuius fili Adrastus & Amphius qui frustra dissuadente patre Trojanis suppetias tulerunt, & à Græcis sunt interfecti.

Percōtē, ex. pen. prod. *percora*. quæ & percope olim dicta fuit, Vibs est Troadis, autore Stephano. Valer. Flac. 2. Argona. tam juga Percotes, Pariumq; infame fragolis Exuperat, Phthiamq; vadit.

Percōsītus, adjectivum, *percoratus*. Valer. Flac. 3. Argon. Muneribus primas conjux Percosia vestes imposuit.

Pērdicas, *perdikas*, Macedo inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, tanta vir audacia, simul & fortitudine, ut lexena præfente, catulis è cubili per vim auferret. Autor Aelian. de varia historia.

Pērgā, *perga*, Oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, *pergaia*, dicta est propter templum illi dicatum. Pomp. Mela lib. 1. in descriptione Pamphylia.

Pērgām, *pergam*, Arcium Trojanarum nomen fuit, ut annotavit Servius in illud Virg. 2. Aen. Trojam incensam, & prolapsa videntem Pergama. Quamquam postea, ut idem facetur, hoc nomen etiam cæteris arcibus, locisque omnibus editis communicatum est. & Vlturpat nonnunquam pro ipsa Trojanorum urbe, quæ propriè Ilium appellata est. Virg. 1. Aen. Nanque videbat, uti bellantes Pergama circum, &c. In eadem etiam significatione legitur Pergamos, sive Pergamus. Autor Actæ: Quis non Argolico deservit Pergamon igni Impositam?

Pērgāmēus, a, um: hoc est, Trojanus. Prop. lib. 4. Elegia prima: Aut si Pergamæ serò rata carmina vatis Longævum ad Priami vera fuerit caput.

Pērgāmum, Plinio, sive Pergamus, *pergamus*. Ptolemæo, Vibs insignis Asiæ, non procul à Caico fluvio: ita dicta quod edita in rupe sita esset: nam Pergama olim loca omnia editiora appellabantur, testibus Suida & Servio. Strabo lib. 13, autor est tempore Lyfimachi Agathochis filii, (qui unus fuit ex Alexandri successoribus) Pergamum nihil aliud quam castellum fuisse, in quo ille, quod locus esset in primis munitus, thesauros suos asservabat, præfesto illis Philæto quodam Thyanenli, Evnacho: qui quum se Artinoæ Lyfimachi uxori invidiam foret, & ab ea apud regem accusatum, castellanos ad defectionem adduxit. Exortis deinde in Asia variis bellorum motibus, in quibus primùm Lyfimachus à Seleuco Nicatore: deinde & Seleucus à Ptolemæo Cerauno è medio sublatus est: Philætrus interim se Pergami continebat, victoribus semper & propinquoibus obsequens: usq; artibus & ipse viginti annis castellum, pecuniamq; possedit & Evmeni fratris filio moriens reliquit: qui prolatis imperii finibus, Antiochum Seleuci filium apud Sardis superavit. Hic quum annos duos & viginti regnasset, Pergami successorem Attalo patrueli suo reliquit, qui Galatis maximo prælio superatis, contractaque cum Romanis amicitia, primus ab iis Rex appellatus est. Attalo successit Evmenes filius natus maximus, qui cum Romanis adversus Antiochum magnum, & adversus Persem bellum gessit. Cujus beneficii memores Romani, regionem omnem quæ cis Taurum montem Antiocho paruerat, regno ejus adjecerunt. Hic primus Pergamum, prolatis pomeriis, ex castello amplissimam urbem reddidit, & Nicephorium lucum circa eam consecvit. Regnavit annis quadraginta novem, moriensque regni successorem Attalo filio reliquit, cognomento Philometori: cui, quod admodum adolescentulus esset, Attalum fratrem tutorem assignavit: qui regni procuratione fungens, cum Alexandro Antiochi filio adversus Demetrium Seleuci filium bellum gessit, & Romanis adversus Pseudophilippum, socium sese præbuit. In Thraciam quoque trajecto exercitu, Diegylim regem cepit. Moriens Attalo ex fratre nepoti, cujus tutelam gesserat, regnum à patre ejus acceptum fideliter restituit. Attalus hic postremus fuit Pergami rex, qui quum annos quinq; regnasset, sine liberis dececit, populo Romano hæc de instituto: qui adita hæreditate regnum ejus in provinciam formam redegit. Hæc Strab. lib. 13. Ex Pergamo vii illustres orti sunt, Galenus Medicorum clarissimus, Apollodorus Rhetor, & Augusti præceptor, à quo Apollodorea secta nomen accepit: & Dionysius Atticus, hujus discipulus.

Pērgāmēus, a, um, *pergamensis*, ut Charta pergamena, quæ Pergami inventa est, ab Attalo rege, (ut Aeliano placet) sive ab Evmene (ut Plin. mavult) primùm Romanam transiit.

Pērgasē, ex. *pergas*, Vicus est agri Attici in tribu Etecheide, teste Stephano.

Pērsāndēr, *perseander*. Germ. *Einer aus dem siben weisen Griechensandts*. Cypseli filius, unus ex septem sapientibus Græciæ, & Corinthiorum rex, qui aliquādo interrogatus, quare quum sapiens esset, in tyranni de perseveraret: Quia (inquit) & sponte, & invitum cedere est periculosum. Crude liter igitur, & in magna suspitione agebat, magno semper militum comitatu stipatus, eos potissimùm qui otiosi in foro observabatur, refo-

midans. Quapropter ut novi consilii capiendi occasionem elibus suis præcideret, jugiter eos in bellis, navalibus præfertim, destinebat. Vxorē habuit Melissam, quam zelotypa quadam ductus, quum gravis esset, ista calcis interfecit, pal-laciarum suarum delationibus temerè fidem adhibens: quas tamen poenitentia ducens, vivas cremavit. & Sunt qui duos fuisse Periandros tradant: alterum Corinthi tyrannum: alterum sapientem, eumq; Ambracioten. Quorum profecè sententia verisimilior videtur. Nam & matris & uxoris mortæ concubitus, aliq; id genus flagitia, quæ de Periandro Corinthio tradantur, non video quo pacto in sanæ mētis hominem, nedum in sapientem, cadere poterint.

Pērsibētēs, *persebentes*, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit Alcinoi patrem. Autor Homerus 7. Odyss.

Pērsiclēs, *pericles*, Atheniensis viri clarissimi nomen, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatum tenuit. Plurimum enim & autoritate & eloquentia pollebat. Vnde & Olympius identidem à Poëtis Comiciis appellabatur, quod tonare in cõsionibus, & fulmen ciere videretur. Habuit in administratione Reipublicæ adversarium Thurydidem Milesium, virum nobilem & potentem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quod nimium in publicis operibus sumptum fecisset. Atqui (inquit Pericles) de me hæc omnia perfolvere non recuso, modò mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, adversarii calumniam facile effugit, censente populo operum magnificentiam ad Reipublicæ splendorem pertinere, adeoq; ea publico, non privato sumptu esse faciendâ. Autor est Plutarhus; quum Pericles aliquando Sophoclem in magistratu collegam haberet, & cum eo nescio quid de Republica colloqueretur, eximia forma puerum illaciter fecisset, quum introitus Sophocles, quum pulchritudinem ejus supra modum admiraretur: Atqui (inquit Pericles) magistratum decet non modò manus, verum etiam oculos contentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

Pērsiclēmēus, *perselemus*. Homero, nomē filii Neleii filii Nestoris, cui à Neptuno avo concessum erat, ut in quæ civi-vilem esset formæ se posse transformare. Hecule inquam bellum gerente adversus Neleum, Pericles in aquilam eo versus faciem hostis unguibus, & rostro lacerabat, donec sagitta Hercules in aëre confixus, & in terram delapsus, aliois corporis pondere adacta sagitta, animam efflavit. Vide latius hæc fabulam apud Ovid. 12. Metamor.

Pērsillūs, *perillus*. Ger. *Der stinck Weinstock so den tyrann Tyrann Phalaris den stinck Weinstock* [sic] Atheniensis faber ingenio præstans, qui Phalaridi tyranno Agrigentino taurum ex ære fabricavit, in quo reus clauderetur, ac subiecto igne mugitus bovis ederet: cuius mormis nomine quum amplissimùm à Tyranno, qui novis semper tormentis excogitatis delictabat, speraret munus, inclatus tauro, suppositis que ignibus, primus lux æris experientium præbuit. Ovid. 1. de Arte: Et Phalaris tauro violentus membra Perilli Torruit, infelix imbutus autor opus. Plin. lib. 34. cap. 11. Perillum nemo laudat, sæviorem Phalaride tyranno: cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus, igne subdito, & primus eum expertus est cruciatum iustiore sævitia.

Pērsinthūs, *perinthus*. Vibs Thraciæ ad Propontidem, postea Heraclea dicta, à nomine Heraculi principis Constantinopolitani, in qua olim fuit celeberrimum illud amphitheatrum maximoreum ex uno lapide excisum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

Pērsinthūs, *perinthus*, *perinthus*. Qui ex Perintho est: ut Perinthia, Menandri Comœdia. Terentius in Prologo Andriæ: Menander fecit Andriam & Perinthiam.

Pērsipatētiēs, *perisipatensis*, Philosophi quidam Athenis fuerunt, è Platonis schola profecsi, quorum princeps fuit Aristoteles: ita dicti quod inambulantes docerent, *peripatētes*, quod est deambulare. De horum origine sic scribit Cic. lib. 1. Acad. Quæst. Platonis autem autoritate, qui variis & multiplex, & copiosus fuit, una & consentiens duobus vocabulis philosophiæ forma instituta est, Acadēmicorum, & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differabant. Nam quum Plato Speusippum sororis filium Philosophiæ quæsi hæredem reliquisset: duos autem præstantissimos studii otio doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiretem, qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lycio: illi autem qui Platonis instituto in Academia (quod est alteru gymnasium) certus ritus & sermones habere soliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed utriusque Platonis libertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidam plenam ac referam. Hactenus Cic. 10.

Pērsiphās, *perisphas*, Thesalus quidam fuit pater Lapin-

quo Lapithæ nomen acceperunt. Autor Stephanus. Est enim Perphas, apud Virgilium nomen cuiusdam ex comitatu Pyrihi, quem una cum illo Priami regiam oppugnantem inducit lib. 2. Aen.

Periphānēs, *περιφανής*, Comici cuiusdam nomen: quod Latine conspicuum significat à verbo Græco *περιφανής*, quod est clarus & conspicuus sum.

Periphōrētis, *περιφορέτης*, Artemonis cuiusdam cognomen fuit, delictis ad eum effeminati, ut nunquam nisi leuica pensili circumlatus, domus sue limen transfretita dictus *παις περιφορέτης*, quasi circumlatus. Meminit hujus Plin. lib. 14. cap. 8.

Permessus, *περμεσός*, Fluvius Bœotia ex Helicon, Phœbo & Musis sacer, & juxta Haliartum in lacum Copaidem influens, teste Strabone, lib. 9. Virg. in Sileno: Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permessis, idis, vel idos. Mart. lib. 1. Quid tibi cum Cyrrha? quid cū Permessidos unda?

Pērō, *περὸ*, Nelei filia ex Chloride filia Amphionis, soror Nestoris & Periclymeni, eximia pulchritudine quam quum multi certatim proci uxorem sibi deposcerēt, Neleus qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule dissidebat, negavit se cupiam illam desponsurum, nisi prius boves Herculis abastōs ad se adduxisset. Vide Hom. 11. Odyll.

Perorsī, Plin. lib. 6. cap. 8. Populi Aethiopum, in sinu Mauritanæ: qui ut idem testatur lib. 6. cap. 30. quadrupedum ferarum modo vagi sunt, eorumque visceribus vescuntur.

Perthabi, *περθηβί*, Populi faciunt Theffalia, qui Lapitharū potentia fracti fuerunt in Actoliz montana, Pindo monti proxima: quæ regio ab ipsis Perthæbia dicta est: ipseque Pindus cognominatus est Perthæbus. Propertius: Aut cur Perthæbi timere cacumina Pindi.

Perthēs, idis, *περθεός*, Nymphæ cuiusdam nomē, Oceani & Thyos filiz, ut refert Hesiodus in Theogon.

Persephōnē, *περσεφώνη*, Græcis dicitur Cereris filia, Latinis Proserpina appellata, quam ab Orco in Sicilia raptam fuisse Poëtæ fabulantur. Ovid. 4. Fast. At neque Persephone digna est prædone marito.

Persepolis, *περσεπολις*, Persidis regia, à Perseo condita, quam postea Alexander ebris demoliri iussit, Græcorum se injurias ulcisci dicitur, quorum illi facta igni, ferroque vastasset. Vide Strabonem lib. 15.

Perseus, *περσεύς*, Nomen regis Macedonum, qui ab Aemilio victus, & in acie captus, ductus est in triumphum Romam cum liberis, peritque in carcere animi morte confectus: vel (ut alii tradū) vigiliis maceratus. Fuit & alter Perseus, Solis & Persæ nymphæ filius, pater Hecates, rex Tauricæ regionis crudellissimus. Perseus præterea, autore Herodoto lib. 7, filius fuit Persæ Danaës filii ex Andromeda Cephæi filia, à quo Persæ originem duxisse scribit. Hic teste Plin. lib. 7. cap. 5, primus sagittas reperit.

Perseus, ei, & Perseis, is, vel Perū, *περσεύς*, sicut Achilles, is, vel li, vel Achilleus, ei, Iovis filius fuisse fertur ex Danaë, Acrisii Argivorū regis filia, quam Iupiter commutatus in speciem auri imbris vitavit. Acrisius enim quum ex oraculo didicisset, futurum aliquando ut à nepote occideretur, filiam munitissimè tūri inclusit. Iupiter itaque Danaë amore captus, quū alius non pateret aditus, assumpta specie auri imbris, per regulas turrim ingressus est, puellamque frustra tam arcta custodia servatæ stuprum intulit. Ex quo concubitu natus est Perseus, qui postea avum imprudens interfecit. Hic Andromedam Cephæi filiam, matris delux objectam, periculo liberavit, liberatamque uxorem duxit: acceptoque, deinde à Vulcano adamantino ense, quem vocat Harpen, Medusam unam ex Gorgonibus, quæ se aspicientes omnes in saxa commutabant, occidit: unde & Gorgonostonos est cognominatus.

Perseus, a, um, *περσεύς*. Propert. lib. 3: Seditque Perseæ Phocidis arva manu.

Perseus, idis, seu Perseæ, *περσεύς*, [OVI *perseus*, *περσεύς* Germ. Ein Landt in Asia, soisset an Carmaniam, vnd die gresse Neis: sohoß gegen Minnahet an Mediam.] Orientalis Regio Asiæ, à Perse, seu Perseo rege sic dicta, cuius populi Perseæ dicti sunt. Lucan. lib. 10: Quæ tibi visendi Nilū Romane cupido? Hæc Pharis, Perseusque, fuit, Mæcedumque, tyrannis. Hæc autē Perseus (sicut Ptolemæus scribit lib. 5) à Septentrione Medis terminatur: ab Occasu, Sufiana: ab Ortū Solis, duabus Carmaniis: à Meridie, parte sinus Persici. Eius oppida sunt Axima, Persepolis, Diopolis: ubi primū inventa ars magica fertur. Ad eam Nimrod gigas post cōsultationem linguarum se contulit. Perseusque, ignem colore docuit. Primus in ea rex (sicut refert Iustinus lib. 1) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natā fuit, quæ hæc de CHRISTO prænuuntiale tra dicit: Panibus fuit quum; *περσεύς* doctus hominū mīlia in errorem quum; factabat, *περσεύς* reliquias totius in odium copiosas implebit in spes multarum.

Perseus, a, um, *περσεύς*. Quod ex Perside est, ut tergaum Persecum. Iuven. Satyr. 14: Nec Cæci fortuna unquam nec Persica regna Sufficerent animo. Persecus sinus, ab Oriente maris Rubri ad Occidentem, Arabicus dicitur. Apud Horat. Persecus pro divite & opulento, à Persarum scilicet divitiis, luxuque. Horat. libro primo Carm. Persecos odi puer apparatus.

Persius, Vir Romæ doctus, cujus meminit Cic. de Orat. C. Lucillus homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque à doctissimis legi vellet quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse quare etiam scripsit, Persium non curare legere, (hic fuit enim, ut noramus, omnium ferè nostrorum hominū doctissimus) Lucillum Decimum volo, quem cognovimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Persius Flaccus, Volaterris Etruriz oppido natus est: quem constat claruisse eisdem ferè temporibus, quibus Domitius Nero imperium urbis Romæ suscepit. In Grammatica præceptorem habuit Rhemmium Palæmonem Vicetinum, qui gravissimas inimicitias dicitur exercuisse cum Marco Varrone: In Rhetorica Flaccum Virginium: Anonem verò Cornutum, qui Philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singularique observatione coluit, cumque eo familiarissimè diu vixit, ut testatur ipse.

Persis, *περσία*, Vulgò Persia, Etruriz civitas ab Achæis condita, in qua L. Antonius ab Augusto obsessus, quum extrema fame laboraret, coactus est ditionem facere.

Persina, a, um, *περσινή*, Propert. lib. 1: Si Persina tibi parva sunt nota sepulcra.

Pessinus, *πεσσίνος*, pen. prod. hujus Pessinuntis. [πεσσίνος Germ. Ein Osmesthat in Phrygia, in dem die Göttin Cybele verehret ward.] Emporium Phrygiæ, cuius fertur templum maximum (ut inquit Strabo) magnæ venerationis Matris deum, quam Andigistan vocat. Hic locus magnificè ab Attalis regibus structus est, & templo, & porticibus ex albo lapide: Romani celebrè reddiderunt, accessit inde Matris deum status, quæ ab hoc loco Pessinuntia est appellata. Nominè hoc Cicero in masculino genere semper ait. Sic enim ait in Oratione de Aruspiciū responsis: Qui accepta pecunia Pessinuntē ipsam, sedem, domiciliumque Matris deorum vastatis. Et paulò post: Pessinuntem per scelus à te violatam, & sacerdotē, sacrisque spoliata recuperavit.

Petalus, *πετάλος*, Nomen unius ex iis qui in aula Cephæi regis Perseō vim inferre conati, ceciderunt. Ovid. 5. Metam. Petalus iridens, Stygiis cane cætera, dixit, &c.

Petelia, Plinio, *πετελία*, Ptolemæo, & Stephano, Magnæ Græciæ urbs est non procul à Lacinio promontorio, à Philostrate condita, ad eam *πετελία* id est, à volando, quod ex volatu avium sumpto augurio, ibi futuræ urbi locus sic delectus.

Petolitis, *πετολίτις*, Aegyptius mathematicus insignis, de quo Plin. lib. 7. cap. 49, & lib. 2. cap. 23.

Petra, *πέτρα*, Siciliae oppidum prope Hyblam, cuius incolæ dicuntur Petriti: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8. Petra Sirenum, Lucaniæ promontorium est, Sirenum olim insidiis infame. Idem, Minervæ promontorium appellat lib. 3. cap. 5: Surrexerat (inquit) cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam sede. Meminit loci hujus & Virg. lib. 5: lamque ad eum scopulos Sirenum advecta subibat. Difficiles quondam, multorumque ossibus albos. Vbi multa de Sirenibus. Item Petra, Strab. lib. 16: Arabiae oppidum, Nabathæorum metropolis: unde ea pars Arabiae, Petra nuncupatur.

Petraea, *πετραία*, Pars Arabiae, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. Strab. lib. 16. Est etiam Petraea nymphæ Occani & Thyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Petresia, Mulier dicebatur quæ pompam præcedens, in colonis aut municipiis imitabatur animum ebriam, quod pedes in petris frequenter impingeret: quam & alii volunt ab agri vitio, scilicet petris appellatam Festus.

Petresius, Pompejanarum partium dux in Hispania, unā cum Afranio à Cæsare victus, Cæsar 2. libro belli Civil. & Lucan. lib. 4. Petresius Atinas, Cimbrico bello primipilus sub Qu. Catulo fuit, qui quum legionem tam in qua ordines ducebat, à reliquo exercitu interclusam videret, neque ullis adhortationibus Tribunum suum impellere posset, ut per hostium castra perirumpere, cum cunctantem occidit, legionemque salvam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus est.

Petrocori, *πετροκορί*, Ptolemæo, Populi Galliz Aquitanicæ, Santonibus finitimi: quorum meminit & Plinius libro 4. capite 19.

Petronia, *πετρονία*, Nomen uxoris Vitellii, de qua apud Suetonium in Vitellio. Petronia in amnis in Tiberim defluens, qui inde nomen accepit, quod per petras suarum magistratus auspiciatō transeunt, quum in campo quid agere voluit.

quod genus auspicii perenne vocant. Amnem autem sceminè antiqui enuntiabant. Autor Festus.

Petronius, *petronius*, Aegypti praefectus sub Augusto, qui Cornelio Gallo successit. Gessit bellum adversus Aethiopes, quibus regina Candace imperitabat. Viri quidè animo mulier, sed altero capta oculo. Vide Strabonem lib. 17. **Petronius** Granus centurio octavae legionis sub Casare bello Gallico: qui postea bello Africano Quæstor designatus, quò, navis qua in provinciam vehebatur, & in Scipionis potestatem venisset, & cæteris interfectis, Quæstori Scipio incolunitatè polliceretur, respondit Casarianos àlius incolunitatem dare, non accipere consuevisse: quo dicto se gladio transverberavit. Vide Plutarchum in Casare. **Petronius** item alius fuit, prenominè Lucius, qui quum P. Calpurnio à quo ex humillimà sorte ad Equestrè dignitatem erat evehus, precibus adductus, Placentiæ occidisset, se quoq; eadem dextra interemisset. Autor Valer. lib. 4. de Amic. **Petronius** pater Vespasiani Cæsaris. **Petronius** Perpenna, qui Constantinianus themas in pristinum splendorem restituit. **Petronius** Diodorus medicus, qui scripsit antilegomena, citatur testis à Plin. libro 20. cap. 8. **Petronius** Poeta, cujus nonnulla de medicina versibus conscripta, ad nostram ætatem pervenerunt, ut scribit Volater. **Petronius**, *petronius*, vir Consulans fuit Neronis tempore, qui moriturus principis invidia ut mensam ejus exhereditaret, trullam marthianam CCC sestertis emptam confregit. Autor Plin. lib. 37. cap. 2.

Petriscum palatii, dicta est ea regio Urbis quâ Romulus obversam posuit ei parti in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus: quia mollissimè inde adibat Urbem, quum Hebruscosum agrum à Romano Tiberis discluderet, cæteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppositos. Festus.

Peuce, *peuce*, Parva est insula in uno ostiorù lîtri, quod ab illa Peuces appellatur, teste Plin. lib. 4. ca. 12. & Lucan. lib. 12. & Barbara Cone Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamq; profundo Multifidi Peucem unum caput abluit lîtri. Valer. Flac. lib. 8. Danubii viridemq; vident ante ostia Peucem.

Peuce, *peuce*, Peninsula est in sinibus Italiae, aliis nominibus Calabria & Messapia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Phabiranum, *phabiranum*, apud Ptolem. lib. 2. Germaniæ urbs est in climate Septentrionali sita. Qui Ptolemæum postremò recognoverunt, ex longitudine & latitudine situs conjiciunt eam esse urbem, quam hodie vocant Bremen.

Phæcôn, *phæcôn*, Thessaliæ oppidum, apud Thucyd. lib. 4.

Phæaces, *phæaces*, Populi fuerunt Corcyra: unde & Corcyra Phæacia dicta est: quæ est insula in ostio maris Adriatici. Hodie vocant *Corfu*. Scribitur cum x diphthongo. Nominativus singularis est Phæax. Horat. lib. 1. Epist. Pinguis ut inde domum possis Phæaxq; reverti. Phæacem verò figuratè dixit pro homine nitido, ventriq; ac gulæ dedito, quales in Phæacia: hoc est, Corcyra esse solent. de quibus sic ait Horat. Epist. lib. 1. Quæis pulchrum fuit in mediis dormire dies, & ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Phæacum, Civitas est in Planitie Phæaciæ insulæ, quæ ab utraq; parte habet duos editissimos vetices, in quibus adhuc sunt arces.

Phæacis, a, um, *phæacis*, & Phæacus, ca, cum, una syllaba minus. Propert. lib. 3. Nec mea Phæacas æquât pomania thyllas.

Phædon, *phædon*, Atheniensis, in convivio à triginta Atheniensium tyrannis necatus fuit: cujus filix virgines quum adversus quorundam vim pudicitiam alto qui illibatam servare nò possent, invicem se complexæ, in patrem desilientes necem sibi consciverunt. **Phædon** & alter hoc nomine philosophus E-lidenfis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (ut quidam scripserit) scripsit lenoni perinde quasi meritorius puer, quæstuariumque mancipium. Eum Cebeus Socraticus emisse dicitur, habuisseq; in philosophorum disciplinis. Atque is postea Philosophus illustris fuit, cujus nomini Plato librù de immortalitate animorum inscripsit, qui etiam ab ejus nomine Phædon inscribitur.

Phædra, *phædra*, Minois Cretensiu regis filia fuit, & uxor The-sei, quæ amore Hippolyti privigni capta, quum ipsum adducere non potuisset, ut patrem thalamum conspurcasset, apud patrem eum detulit, tanquam stuprum sibi inferre voluisset. Reliqua vide in dictione HIPPOLYTUS.

Phædrus, *phædrus*, Vnus ex discipulis Platonis, cui Plato inscripsit librum, qui ab ejus nomine dicitur Phædrus.

Phædyra, Ottavis nobilis Persæ filia, primùm Cambysis regis, coq; mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehendit, nò Smerdis Cyri filium, uti populus credebat, sed Magum imperare. Quare còmotâ Persarù nobilitas Smerdis in regia trucidavit, Dariumq; equi hinnitu (ut inter eos convenerat) regem declaratum, in illius locum substituunt. Autor Herod. lib. 4.

Phæniæna, apud Prol. lib. 2. cap. 12. Rhetia urbs, alio nomine Phæbiæna castra, vulgò hodie *Sabensium*.

Phæstum, *phæstum*, Urbis in Creta, à qua Phæstus, *phæstus*, Epitaphides dictus est, quem adjutorem condendis legibus Solonis fuisse tradit Plutarchus, in cluctum vaticinio, & reum divinorum peritiæ.

Phæstus, *phæstus*, Mons, seu promontorium Cretæ, circa Gortynam urbem, civitatem habens ejusdem nominis. Sed nomen civitatis feminini generis est, montis masculini. Strabo libro 10. **Phæstus**, *phæstus*, fuit, teste Homer. 3. Iliad. Bori Mantis filius, sive Lidii, qui quum venisset Trojanis auxilio, ab Idomeneo interfectus est.

Phæthôn, *phæthôn*, Ligurum rex fuit vetustissimus, cujus matris in Hetrusco littore coloniz fuerunt, ut Caro est author in Originibus. **Phæthôn**, [*phæthôn*, Germ. *Ein Sohn Solis vob Clymenes*.] Solis filius est Clymenes, qui quum à patre imperasset, ut uno die curus sui habenas sibi permitteret, aurigâq; imperitus caelum & terrâ combaret, à Jove fulmine è curru excussus, in Padum fluvium decidit. Dicitur Phæthôn *phæthôn* hoc est, à luce, & *phæthôn*, utroque & pro Sole accipitur. Virgilius 5. Aeneid. Auroram Phæthontis equi jam luce vehebant.

Phæthontis *phæthontis*, *phæthontis*, Clymenes & Solis filix dicitur, sorores Phæthontis, quæ dum extinctum fratrem fleret, conversæ sunt in alnos arbores, ut ait Virg. 6. Aeglog. ut in Aeneid. in populos.

Phæthusa, *phæthusa*, fuit una ex filiabus Solis ex Negea, nympha, & soror Lampetie, quæ in Sicilia, patris sui, id est, Solis armenta custodiebant: è quibus soli sacris socii Vlyssis cõtra Circes monita degustantes, naufragium fecerunt, ut lib. 12. Odyss. fabulatur Homerus. Ovid. 2. Metam. Phæthusan, & Lampetien Solis & Clymenes filias fuisse tradit, & sorores Phæthontis, quæ quum fratrè fulmine percussum supra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores cõversæ sunt, quæ lacrymatum loco electrum exsulant.

Phago, *phago*, Ger. *Ein Straß. Pol. Zarsk*.] Incredibilis edacitatis homo fuit, quem Flavius Vopiscus in Aureliano tradit, mensæ Imperatoris adhibitu, aprum integrum, centum panes, vervecè, & porcellu uno die edisse, bibissèq; vini orcum.

Phalantus, *phalantus*, Lacon quidam fuit, de quo hæc tradit Servius lib. 3. Aeneid. Quum olim Lacones & Athenenses diu inter se bella tractarent, & quum utraq; pars affigeretur, Lacones quibus juvenat deceret, præceperunt ut virgines cum quibuscumque concubere: quod & factum est. Scætis autem bellis, juvenes incertis parentibus nati, quum & patriæ & sibi essent opprobrio (nam Partheniæ dicebantur) accepto ducè Phalanto, octavo ab Hercule, patriam reliquerant, delatq; ad breve oppidum Calabriae, quod Taros Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & prisco nomine Tarentum appellaverunt. Hec ille. Eadem ferè commemorat Aeneas in illud Horat. lib. 2. Carm. Ode 6. Dulce pellitis ovibus Gallesi Fiumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. **Phalantus**, 3. um.

Phalara, *phalara*, Civitas in sinu Maleaco non procul à Spethi fluminis ostio. Plin. lib. 4. cap. 7.

Phalaris, *phalaris*, Germ. *Ein sammer König vob Teram in Agrigent in Sicilia*.] Nomen proprium Agrigentiniæ regis crudelissimi: qui præter cætera novorum suppliciorum instrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immissi damnatigræq; subjecto, bovis mugitum edebant: cuius muneris nomine quò artifex non leve munus speraret, iussa Tyranni in taurum cõjectus, primus aris suæ incensa præbuit. Ipse quoq; Phalaris, quum nimia ejus avaritas ulterius ferri non posset, factò in eum univertorum civium impetu correptus, ei ipsi tauro quo alios exusserat, inclusus, vivas crematus est. Cic. lib. 2. Offic. Phalantis præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidiis intem, ut is, quem modo dixi, Alexander: nò à paucis, ut hic noxæ, sed in quem universa Agrigentiniæ multitudo imperum fecit. Ovid. in lib. 1. Vtq; serox Phalaris lingua prius esse refecta, Moxe bovis Phario clausus in ure gemas. **Phalaris** præter Phalaris avis quædam ex genere amphibiorum, in Seleuco Phalarum & parte quadam minoris Asia præcipuè nascens, Varro 3. de Re rust. cap. 11. Sunt item non dissimilis alia genera: ut quæ quædam, Phalarides, sic perdicæ, quæ (ut Anobis scribit) audita voce maris concipiunt. Apud Plinium tamen lib. 10. cap. 48. & Colum. lib. 8. cap. 15, legimus phalarides per secundam vocalem in antepenultima, quo pacto eia apud Var legendum suspicamus.

Phalaris, *phalaris*, Phalaridis tyrannus, vel ejus imitatio hoc est, summa crudelitas.

Phalerum, *phalerum*, m. Postus Athenensium, quinquè milium passuù muro urbi cõiunctus. Hinc ortus traditur Demetrius philosophus, Phalerus à patria cognominatus. Apud Græcos.